ſæviunt, ſi ita ſævit, qui parcit? quantum non erit in
atrocitate poenæ, ſi tanti ſtat redemptio poenæ? Ab„
ſolvit enim à culpâ, condemnat ad poenam, teſtatur
innoxium, et iubet innocentiæ candorem ſanguine in„
ſtar criminis elui, ita indulget Innocenti, Vt nemo
Vnquam atrocius ſeſe efferaverit in nocentes. Sed hic
implorare libet Romani diſciplinam fori: Itane par„
citur immerenti? igitur niſi capitis innocentiſſimi
ſanguis ſitienti crudelitati proponetur, ſedari non pô?
Perimendus igitur Chriſtus est, ne intereat? mors cæde re„
dimenda? Non est hoc ſupplicium non modo non Opti„
matum, et Principum, ſed ne cuiuſquam quidem Ingenui
Liberiq; Hominis, ſed improbiſſimorum mancipiorum
duntaxat. At quid ego numeroſum iam flagitium hic
commemorem? ſatellitum rabiem? foecundas in odia Vires?
Spoliatur Veſtibus, prô nefas! nudatur Deus, nuda con„
ſpiciuntur membra illa candida, atq; Virginea, infami
ſaxo diriſſime alligantur, rubet ſola pudore facies:
tunc Sol in ſui conditoris obſequium ſubducta luce Velaſſ„
et illum, opinor, tenebris, niſi ad novum ſpectaculum
defixus in admiratione tam Venerandi, atq; Divini
corporis ſubſtitiſſet. Interim Lictores Virgas expediunt,
carnificinam adornant, in lacertos, et ictus Vibrant.
Aſſiſtite ſi quis pietatis ſenſus, ſi quid humani hõis